



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

20 De alijs personis, quae à collectis et Gabellis ex[...] emptas sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

rebus, quale diximus esse tributum, tunc iudex saecularis, nolente clero soluere tributum, ius habet faciendi executionem in re ipsa tributaria, & hoc est, quod Albericus, & Baldus docuerunt; quando vero onus est personale, quod soluitur ex rebus ratione personae, tunc sicut clericus secundum personam est exemplus; sic etiam res clericorum est exemplia, quia onus imponitur rei ratione personae. Personam igitur existente libertate, nequit res esse onerata; licet possit est contrario accidere, ut res sit onerata, & persona libera, quando onus est realis, ut est tributum, census, hypotheca, feudum.

Dicimoquinto queritur, Quas penas incurvant laici impontentes, vel exigentes gabellas a Clericis? De hac re Nauarrus in cap. 17. nu. 202. & cap. 27. nu. 61. & 70. & 115. & 128. Relendet, in Bulla Cœnæ Domini sextam, vel septimam excommunicationem esse contra eos omnes, qui in terribus suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel auggent aut imponunt, vel augeri prohibiti exigit. De hac excommunicatione agit Nauarrus cap. 27. nu. 61. & Silvest. verb. Excommunicatio. 7. causa 19. Angelus eodem verb. 5. nu. 19. Rosella eod. verb. 1. causa 8.

Per (Impontentes non habentes potestatem) intelliguntur qui cumque domini, superiores, vel ciuitates superiores in temporibus habentes.

Per (Exigentes) vero intelliguntur, hæres eius, qui imponit, publicanus, conductor, minister, & famulus percipiens gabellas a non sionte soluentibus.

Per (Pedagia, & Gabellas,) intelliguntur omne genus collectarum, & exactionis, sive tributum, vel vestigalia.

Per (Prohibita imponi, vel augeri,) intelliguntur vestigalia quæcumque iniquæ, sive illicitè imposita, etiam laicis, ministris sine iusta causa. Vnde hec excommunication, ut recte agit Nauarrus loco citato, non est contra eos, qui exigunt gabellas iustas, & licitas, respectu laicorum, sed est contra eos, qui exigunt prohibitas gabellas.

Sed in eadem Bulla Cœnæ Domini, est excommunicatione 18. vel 19. contra eos, qui collectas, decimas, tallias, praefiantias, & alia munera, clericis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, & illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, absque Romani Pontificis speciali, & expressi, licentia imponunt, & diebus etiam, & exquisitus modis exigunt: aut si impositas etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: nec non qui per se, vel alium directe, vel indirecte, praedicta facere, exequi, vel procurare, aut eidem consilium, auxilium, vel fauorem, aut votum, vel suffragium, palam, vel occulte praefiare non verentur, cuiuscumque sunt præminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam Imperiali, vel Regali præfulgentiæ, et orationes seu Principes, Duxes, Comites, Barones, Republica, & alij potenteris quicunque, etiam Regnis, Provinciis, & terris quomodoquinque praesidentes, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Hæc in Bulla.

Quæ quidem excommunicatione ferè desumpta est ex cap. Quanquam, de Censib. in sexto, & ex cap. Non minus. & cap. Aduersus de Immunit. Ecclesi. & de hac Excommunicatione agit Nauarrus cap. 27. numer. 70. Angelus verb. Excommunicatio. 7. num. 5. causa 5. & 23. Tabiena eodem verbo, causa 18. Caietanus in Summa eodem verbo, cap. 39. & 49. Silvestri eodem verbo. 9. causa 5. & 21. Rosella eod. verbo. causa 5. & 9.

Hæc igitur excommunicatione fertur contra omnes, qui imponunt, vel exigunt quocunque genus collectarum, sive gabellas a clericis, & Ecclesiasticis, sive Ecclesiasticis personis. Ex qua excommunicatione Glosa in Clem. Presenti, de Censib. & exactionibus colligit totam Italiam esse interdictam; quia in cap. Quanquam, de Censib. in 6. ipso iure imponitur interdictum contra ciuitates, & quæcumque communitates, collectas imponentes clericis, vel ab eis exigentes. Quod, inquit Glosa, si verum est, cum per totam

Italiam contrarium passim fiat, sequitur ut tota sit interdicta. Idem auctor Zabarella, Ioan. Andreas, & Ioan. de Lignano, ut referunt Silvester, & Rosella. Immo addunt etiam omnes Sacerdotes prædictum interdictum non seruantes, esse irregulares.

Sed reuera hæc non ita se habent. Primo, quia, ut diximus in Tract. de interdicto, post editam Constitutionem in Concilio Constantiensi, quæ incipit: [Ad uitandum:] non tenemur seruare interdictum, nisi sit publice, & expelle de iuriacione. Deinde fieri potest, ut licet communis consuetudo non excusat a culpa ex gentes a clericis gabellas, exculpet tamen a pena legis, nimis um ab excommunicatione, vel interdicto per legem impositis; ut docent Joannes Calenus in tract. de Interdicto, par. 2. num. 51. in fin. & Iulius Clari. lib. 3. sentent. recept. §. fin. qui est Practica criminali, q. 26. num. 2.

De aliis personis, que a collectis, & gabellis soluendis exemptæ sunt.

CAPUT XX.

In primis gabellas non tenentur soluere Principum, vel ciuitatum publici Legati, ob res, quæ deferunt suavibus grata. *L. Legatis. C. de Vestigial. & ibi Salicetus, & Doctores communiter.* Deinde scholares, officiales, vel iudex non tenent iure communis gabellam soluere ex iuriis libris ad iuum studium litterariorum, vel officium necessarium. *I. Vniuersit. Cod. de Vestigalibus. & Salicetus in l. fin. §. Diuinus. ff. de Publicanis, & ibi Bartolus, & Alexander.*

Sed quid si scholaris a studio litterario recesserit, debebit soluere gabellam ex iuriis suis, quos deserit? Respondeatur: quādā animū habet non deferendū studium, sed redeundū ad illud, non debet gabellam soluere ex iure communi: quādā vero a studio recedit animo deferendū illud, & non redeundū debet gabellam soluere, quia amplius scholaris non reputatur.

Sed est notandum, in multis prouinciis, & locis esse per confutitudinem communem hoc ius abrogatum: nam est vñi receptum, ut ex rebus, etiam licitis, quæ ex vno loco transferuntur in alium, vel per portam certam in ciuitatem inferuntur, gabella solvatur. Item exteri, quos Legisti, solent forentes appellare, iure communi exempti sunt a collectis, sive gabellis, quia ciuiusmodi onera, ut diximus, sunt personalia, quæ imponuntur personis ratione rerum. Cum vero exteri sint extra iurisdictionem imponentium gabellas, sequitur, ut sint exempti.

Obligerandum tamen, alicubi gabellas esse impositas ob contractum, qui in prouincia, ciuitate, vel loco celebrantur, & tunc exteri contractum celebrantes, tenentur gabellam soluere, quia est imposita ratione contractus, qui fit in loco; vnde exteri eo ipso, quo celebrant in dicto loco contractum, sponte se subjiciunt oneri.

Præterea, aliquando imponitur gabella non solum ciuitibus, & incolis, sed etiam omnibus loci habitatoribus, & tunc etiam exteri comprehenduntur, quia eo ipso, quod domicilium, vel habitationem habent in loco, sponte se subjiciunt oneri, quia ex domicilio, & habitatione, quam habet in loco, commodum se portant.

Item pedagium, quod soluitur ob transitum per portam, pontem, vel viam certam, etiam exteri obligantur soluere, quia comodum reportant ex hoc, quod præbetur illis transitus securus, ac tutus.

Insuper, gabella aliquando soluitur ex rebus ad portum aliquem aportant, vel per portam aliquam in ciuitatem inducunt: & tunc etiam exteri tenentur soluere, quia referunt comodum ex hoc, quod illis præbetur portus securus, vel via, vel porta, vel ciuitas secura.

Primo

Ex quibus rebus gabellæ solui debeant.

Primo queritur: cum aliebi sint statuta, ut omnia praedia laicorum intra territorium sita, sint obligata ad certam collectam soluendam, an comprehendendatur exteri intra territorium habentes prædia? Respondeatur ex iure communis eos minimè comprehendendi; quia, ut diximus, sunt extra iurisdictionem imponentium huiusmodi statuta, cum collecta semper sint onera imposita personis ratione rerum. Nihilominus tamen ratione consuetudinis possumus comprehendendi: atque haec consuetudinem vigere ait ex Bartolo & Baldio, Alexander cons. 68. libr. 2. Dicit. cons. 94. Cuman. cons. 57. cap. 109. Haunon. cons. 11. nro. 10. Iatou in L. Placet. C. de Sacra. Eccl.

Secundò queritur: An ementes fructus redditum, quos Clerici habent, vel Ecclesiæ, debeant soluere gabellam? Ratione dubitandi est: quia prærogativum rei emptæ transit in emptorem; sed Clerici, & Ecclesiæ sunt immunes à gabelis, ergo & emptores. Respondeatur, eos debere soluere ita communiter Doctores in Clem. Præfenti. de Cons. & cum dicitur: Prærogativum rei emptæ transit in emptorem; Respondeatur hoc esse verum de prærogatio reali, quod est annexum rei emptæ, quod transit cum rei empta; non autem de prærogatio personali, qualis est immunitas clericorum.

Tertio queritur: An si clericus habeat bona induisa cum laico, tanta bona sint libera? Nam non est major ratio, cur sunt subiecta gabellis ratione laicæ, quam, cui non sunt libera ratione clericorum. Respondeatur, in foro exteriori laicum cogitare ad diuisiōnem faciendam, vel si fecerit, ad gabellam ex sua parte soluendam; atque eadem est obligatio in foro conscientia.

Quarto queritur: An vñfructarius tenetur ad collectas, & gabellas soluendas? Respondeatur, quandocumque gabellæ, vel collectæ fuerint imposta personis habentibus proprietatem, sive dominum rerum: tunc vñfructarius non est obligatus: quia proprietatem, sive dominum rei non habet. Quandocumque vero imposta futuri habentibus postea sibi, tunc vñfructarius tenetur, quia immobilem possessionem rei habet, & ex ea fructus percipit.

Ex quibus rebus gabellæ, vel collectæ solui debeant.

CAPUT XXI

NO T A N D Y M est, gabellæ, sive collectas imponi multipliciter. Aliquando imponuntur rebus, quæ extrahuntur extra territorium alienius urbis, provinciae, vel regni. Aliquando rebus, quæ in ciuitatem inferuntur, vel quæ ad portum deficiuntur. Aliquando rebus, quæ ex loco in locum transferuntur per certainiam viam, vel pontem, vel per certainam portam ciuitatis. Aliquando rebus, quæ per negociationem venduntur. Aliquando rebus, quæ quomodo liber vendiuntur, vel permittuntur. Aliquando rebus, sive ex donatione, legato, vel testamento, vel alienatione transferuntur in alium.

Aliquando soluntur gabellæ ex animalibus, quæ per certum pontem, vel viam transirent. Aliquando etiam soluntur ex ipsis personis, quæ transirent per pontem, portam, vel viam.

Quæritur hic: An gabellæ, quæ exiguntur ex rebus ad proprium vium translati, vel asportati, vel venditi, sit iniuncta: quod est querere: An gabellæ, vel collectas possunt imponi rebus ad propios vius necessariis: nimurum carnis, pesci, fumi, frumento, oleo.

Item queritur: An cum collecta, vel gabella imponitur rebus, quæ venduntur, vel emuntur, vel transferuntur alio, vel alportantur in partiam, vel domum propriam, vel ciuitatem, vel per certainam portam, pontem, vel viam deferuntur, debeant etiam solui ex rebus venditis, vel emptis, vel translati, atque asportatis ad propios vius?

In hac re sunt duas opiniones. Prima afferens vestigia,

gabellæ, sive collectas, quæ exiguntur ex rebus ad proprios vius necessariis, esse inequa: ita Caet. in suâma, in ver. Vettig. L. Angelus in vocabulo Pedagymnum. Caius. libr. 1. de lege Pœnali. Glos. in c. Super quibafiam, de verb. signif. Hoißen. in Senn. tit. de Cons. non solum sit esse iniuncta, sed etiam consuetudinem exigendi esse irrationalē. Probant, quia iure communis ciuii est prohibitum eiusmodi vestigia exigere. L. Vettig. C. de Vettig. vbi pena de capitulationis imponitur vestigium exactoribus. item in L. Omnit. C. de Vettig. statuitur, ut vestigia solum imponantur, vel exiguntur pro rebus, vel ex rebus mercimoniis, & negotiacionis causa asportatis, vel delatis. Hac item vestigia, vel gabellæ, non solum sunt contra ius ciuiile, sed etiam videntur esse contra ipsi, & equitatem naturalem; quia eo ipso, quod gabellæ soluntur ex rebus ad proprium vium necessariis, sequuntur ut pauperes magis onerentur, quam diuitiae: tum quia, cum magis indigent, plura vendunt, vel emunt, vel transfringunt, vel asportant, ac defertunt: tum etiam, quia plus onera patiunt propter in uno quadrante, vel numero treo soluendo, quam patiuntur diuitiae in uno numero aureo.

Altera opinio asserta, eius generis gabellæ, collectas, sive tributa, Primo, iure communis ciuii esse quicunque prohibita, sed consuetudine ius ciuiile abrogatum, & via licet esse introductum, ut etiam ex rebus ad vium necessarium soluantur gabellæ.

Secundò: posse etiam statuto ciuitatis superiorum non agnoscentes constituti, ut gabellæ soluantur etiam ex rebus ad vium necessarium; quia non est contra ius naturale, sed solum contra ius ciuiile huiusmodi gabellæ exigere: & ius ciuiile, sicut consuetudine potest abrogari, ut in lege, vel statuto Principis.

Tertiò asserta hæc opinio, ex communis consensu ciuium posse ciuitates propter necessitates occurrentes, imponere gabellæ, seu portus collectas ab incolis soluentas, etiam ex rebus ad vius proprios necessariis: quia ipsi ciuitates possunt sibi ipsi hoc onus imponere. Sic Silvester in verb. Gabellæ, q. 5. Antonius par. 2. tit. 1. cap. 13. §. 9. Roscella in verb. Pedagymnum. num. 6. Gabriel in 4. diff. 15. ques. 3. art. 3. cons. 2.

In hac re primo dicendum est, non esse morem condemnandum, quo gabellæ imponuntur carnis, pesci, vino, fagi, oleo, & aliis huiusmodi rebus, quando venduntur, vel emuntur, vel extrahuntur, etiam ad proprios vius, quia non est contra ius naturale, vel diuitiae, ut viam necessarium gabellæ, vel collectæ imponantur: noui enim sequitur, ut pauperes magis onerentur, ac grauerentur, quia diuitiae: nam pauperes solent esse paucis contenti, & modico vivere: unde pauperi etiam vendunt, vel emunt, & consequenter modicum soluntur.

Secundò dicendum est, non esse consuetudinem damnandam, vñcunque ea existente, soluendi collectas, vel gabellæ, etiam ex rebus ad vius proprios necessariis: quia, ut diximus, non sunt ex gabellæ prohibite iure naturali: sed solum ciuiili communi, quod potest consuetudine abrogari.

Sequitur tertio: ut ex communis consensu possint ciuitates ad communis collectas se obligare, propter necessitates publicas. Et cum saepè accidat, ut Res publica omnem suam potestatem transferat in Princeps, cui sibi subject, vel qui eam sibi acquisiuit aliquo titulo iuris: consequenter fit, ut etiam Princeps possit ad communis collectas soluendas, lege, vel constitutione subditos obligare. Quare in hac re considerandæ sunt locorum, prouinciarum, vel ciuitatum consuetudines: nam aliebi consuetudo, vel statutum est, ut solum soluantur gabellæ ex rebus negotiacioni subiectis, & non ex rebus ad proprios vius necessariis. Aliiebi vero sunt consuetudines, vel statuta, ut gabellæ, vel collectas soluantur etiam ex rebus ad vius proprios necessariis.

Vtimum considerandum etiam est, aliud esse gabellam solui ex rebus ad vius vius necessariis; aliud vero solvi gabellam ex rebus, quibus ad proprios vius indigemus.

v.g.